

211. PRACTICA
OTHONIS
ANTIQUI DOCT.

ORDINIS IUDICIARII.

VNA

CVM PRAXI BARTHOLOMAEI

Brunati Iurisconsulti excellentissimi.

A D I E C T I S . S V M M A R I I S
& omnium materiarum indice locupletissimo.

In communem studiosorum Iuris
utilitatem .



VENETIIS

Apud Franciscum de Portonarijs. 1567.

Coll. Soc. Iesu Salm. ex dono Regum

X I C V I
INDEX R V B R I C A R V M
P R A X I S B A R T H O L O M A E I
B R V N A T E I . X . I . P .

| | |
|---|----------------|
| De causę conclusione, | fol. 85 |
| Citatione. | 28 |
| Comparentibus. | 37 |
| Comparitione. | 32 |
| Competentia iudicis. | 31 |
| Contumacia rei. | 33 |
| Correctionibus libelli. | 39 |
| Diuisione omnium exceptionum. | 51 |
| Exceptionibus. | 39 |
| Exceptionibus contra coniunctam personam. | 42 |
| Exceptione contra tutorem testamentarium. | 45 |
| Exceptione contra tutorem legitimū. | 46 |
| Exceptionibus generalibus contra tutorem. | 48 |
| Exceptionibus contra monachum. | 48 |
| Exceptionibus contra suo nomine agentes. | 49 |
| Exceptionibus contra absentem, ut procuratorem in rem suam. | 51 |
| Exceptionibus peremptoriis. | 54 |
| Exceptionibus mixtis. | 57 |
| Exceptionibus anomalis. | 58 |
| Exceptionibus contra personas testium. | 63 |
| Exceptionibus contra dicta testium. | 73 |
| Forma sententiarum. | 88 |
| In causis appellationū quomodo pronunciandū est. | 103 |
| In integrum restituzione. | 39 |
| Instructione iudicis tam in causis commissariis, quam ordinariis, & primo in commissariis. | 101 |
| Iudice ordinario. | 102 |
| Iuramento calumniarum. | 1 |
| Libelli oblatione. | 38 |
| Litis contestatione. | 39 |

P R A X I S O T H O N I S.



De ordine Iudiciario. Cap. I.



LIM ædebatur actio & per scripturam, & sine scriptura: Sine scriptura uariis modis. Hodie uero non alias fit actionis æditio, quam per oblationem libelli conuentionalis, cū coram iudice ordinario litigadum est. Coram delegato ita demū æditur actio, si rescriptum principis ad alicuius precess impetratum iudici insinuatum fuerit, & per eum reo destinatum, ut in authentica de litigiosis. §. omnem. Libellum autem conuentionalem quicunque credens alium sibi obligatum uel obnoxiū experiri uoluerit. ita cōponat, ut in eo quod sibi debet putat, edoceat, & speciem actionis ædat. Hunc uero libellū nō aliter actor dirigat, nisi prius in ipsū, quē sibi dicit obnoxiū, & in negotii executorē, aut alterum eorum exponat cautionem: Se uel inter duos menses litem contestatur, uel omne dānum ei contingens qui conuenitur, restituturū in duplum cautione non transcidente xxxvi. aureos.

C. de litiscon. authen. libellum. Et hanc quidē pēnā sustinebit actor qui intra duos menses litem nō fuerit cōtestatus. Verū nec idem libellus reo porrī

A gendus

BARTHOLOMAEI
BRVNATII DO-
CTORIS ERV DITI
PRAXIS OMNIBVS
utilis ac necessaria.

S V M M A R I V M .

- 1 Iudicium incipit a citatione.
- 2 Contra absentem & non citatum. quis tacite uel
expresse procedere non potest, & processus est
nullus. num. 3.
- 4 Si quis sine citatione accidentaliter ex alia causa
iudicio adsit, nūquid tenebitur respōdere petēti.
- 5 Comparatio est citationis effectus.
- 6 Qui scit: certificari non oportet.



R G O a prima parte iudicio-
rum idest a citatione inchoan-
dum. † Nam inde omne princi-
pium instituendarum actionū
progreditur, ut instit. de pe. te-
me. lit. §. omnium, cuius ratio
est. † Quia de ordine iuris est,
ut procedere non debeatur con-
tra absentem non citatum tacitē , uel expressē , ut
notatur: extra de procurato.ca.in nostra. Nam hoc
iure stimūr: ne absens dānetur: inaudita enim cau-
sa quemquam damnari ratio æquitatis nō patitur.
3 † Hinc est , quòd processus contra sic absentem fa-
ctus nullius extat momenti. C. quomodo & quan-
do